



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geistliche Hauß-Bibliothec**

Das ist/ Kurtze vnnd heylsame Tractätlein/ in welchem die fürnemmere Lehren/ die zu Unterweisung einer Christlichen Seel/ vnd Befürderung jhres Heyls/ vnd Trosts vonnöthen seynd/ begriffen werden

**Lohner, Tobias**

**München, 1684**

Benedictio Imaginis A Marianæ Maternitatis Sodalibus portari solitæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44817**

## Benedictio Imaginis

A Mariana Maternitatis Sodalibus portari  
solitæ.

- ¶. Adjutorium nostrum in nomine Domini.  
¶. Qui fecit cælum & terram.  
¶. Elegit eam DEUS, & prælegit eam.  
¶. In tabernaculo suo habitare fecit eam.  
¶. Domine exaudi orationem meam.  
¶. Et clamor meus ad te veniat.  
¶. Dominus vobiscum.  
¶. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne DEUS, qui B. Virgi-  
ni MARIE, gratiam conferre dignatus es,  
ut unigeniti Filii tui Mater effici mereretur;  
quique eandem nobis, per Filium tuum in Cru-  
ce morientem, in Matrem tradidisti, te suppli-  
ces exoramus, ut omnes, qui eam filiali amo-  
re constanter dilexerint, illius Maternæ pietatis  
viscerá experiri, & ad vitam æternam, ejus in-  
tercessione perduci mereantur. Per Christum  
Dominum nostrum, Amen.

- ¶. Ora pro nobis S. DEI Genitrix.  
¶. Ut digni efficiamur promissionibus Christi;

Oremus.

Oremus.

Famulis tuis quæsumus Domine cælestis gratia munus impertire, ut quibus B. Virginis Maternitas extitit salutis exordium, ejusdem pia constansque veneratio amoris tribuat incrementum. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Confer Benignissime DEUS, per admirabilem Maternitatem Genitricis Unigeniti Filii tuū Domini nostri JESU Christi, Imagini huic virtutem & benedictionem tuam, ut quicunque eam devotè portaverint, eandem Sanctissimam Matrem Filiali affectu colere, amare, ac invocare studeant, & ab eādem vicissim Materno amore foveri, protegi, atque æternæ beatitudinis hæredes effici mereantur. In nomine  $\text{X}$  Patris,  $\text{X}$  Filii,  $\text{X}$  & Spiritus sancti, Amen.

Postea aspergat imaginem aquâ benedictâ, & undem reverenter exosculans dicat.

Nos cum prole pia benedicat Virgo MARIA.

FINIS.